

815
1736 / 36

Q. D. B. V.
**VINDICIAE
CARPZOVIANAE**

SIVE
SENTENTIAE ATQVE OPINIONES
B. BENEDICTI CARPZOVII
ILLVSTRIS QVONDAM ICTI SAXONICI
A DISSENSV MODERNORVM DOCTORVM VINDICATAE

AD DIEM IVNII ANNI c171cc XXXVI.
IN ALMA WITTENBERGENSI
PVLICAE CENSVRÆ SVBIICIENT

H. L. Q. C.

P R A E S E S
**FRIDER. BENEDICTVS
CARPZOVIUS**

IVR. VTR. DOCTOR ET ADVOCATVS SAXON. IMMATR.
ET RESPONDENS

IOANNES Gotthilf FETTERVS
RAVSCHA-GORLICIO LVSATVS.

WITTENBERGAE, PRELO HAKIANO.

30
CARPESOVA INNAN

B BEHEMIGE CIRIYAVI
SENIESTAF ATOMA OUTJONIS

LA DISSEK CIRIYAVI BOLOTA TEGAGATE
AYDITH AYDITH

II ALMI MITTEPERIPLA
LAMINICHE CIRIYAVI

ERHEDER HIRIYAVI

CARPESOVA INNAN

JOANNEZ GOMBE TETTERA
KABOBY GOTICO TAZA

COA TETTERA

PIOS MANES
B. BENEDICTI CARPZOVI
VENERANDI PROPATRVI SVI
ÆTERNVM SALVERE JVBT
FRIDERICVS BENEDICTVS CARPZOVIUS.

Non ausus fuissim, Vos, o pii, mihique Venerabiles Manes, ex sedibus, quæ Vos tenent beatis evocare, utque Orpheus quondam Eurydicen suam, a fortunatis campis Elysias, quos per quatuordecim jam Lustra incolitis, repetere: nisi cineres Vestros turbaverit temere quorundam iniquitas, quam reprimere, nisi Vobis advocatis in partes, haud sustineo. Adeste ergo, nec aspernamini inculpatam tutelam, quam, pro mea erga Vos religione, suscipio. Veneratur huic dūm Vmbra Vestram Saxonia, & optimo cuique Seculi nostri Iureconsulto, nomen Vestrum ac memoria habetur inviolabilis. Sed nec desunt tamen, qui detrahere

A

glo-

gloriæ Vestræ, sibi gloriæ ducunt, & maturum senten-
tiarum Vestrarum, de eo, quo utimur, jure judicium
evertere conantur. Hos vindicare, hos ulcisci amittar,
& quod vosmet Vobis ipsis amplius præstare haud
valetis, defensionis auxilium, gratae posteritatis no-
mine feram. Non lœdam hic, Tuam, Beatissime
CARPZOVI, verecundiam, & quæ Tibi in omni
vita tam propria erat ac familiaris, animi modesti-
am, ut laudibus extollam infinita Tua in Iurispru-
dentiam Saxoniam merita; nec vero etiam in ad-
versarios Tuos, alia, quam qua ipse utereris, si ad-
huc in vivis es, æquanimitate utar; ut acerbita-
tem eorum lenitate vincam, & utrumque pietatis of-
ficium, affectu non minus sancto, quam sobrio atque
moderato exequar. Ita Valete, Venerandi Manes!
æternumque salvete. Dabam Wittebergæ, Mense Iu-
nio A. d^o 1556 XXXVI.

CON-



CONTROVERSIA I.

*Legatum ad pias causas, ex sola scriptura, nisi duo
accederint testes, non valet. CARPZOV. P. III.
Const. IV. def. 33. n. 8. seq. & Respons. lib. VI. Resp. 33.*

PROBATIO 1.) quia absque duobus vel tribus testibus, in quorum ore stat omne verbum, *Deut. XIX. 15.* *Matth. XIIIX. 16. c. 10. X. de testam. dispositio testatoris probari nequit.*
2) quia, quod in testamentis militum, nec non parentum inter liberos, per *I. i. D. de testam. milit. pr. J. eod. Nov. 107.* *c. 3. contra rationem juris receptum est, ut ex sola scriptura sine testibus subsistant, illud non est producendum ad consequentiam. I. 14. D. de LL. & I. 162. de R. I. ANT. FABER de Error. Pragmat. decad. 35. error. 7. n. 4. CARPZOV I. c. def. 17. & 26.*

DISSENSVS SAM. STRVKII, *de Cautel. Testam. c. 12.* §. 3. qui hanc in rem habet Responsum, ab illustri Facultate Juridica Halensi Menf. Maj. A. 1701. datum: & in not. ad *BRVN NEM. Ius Eccles. lib. II. c. 12. §. 4.* WERNHERI Obs. for. P. I. obs. 21. & P. III. obs. 245. nec non *Suppl. ad P. I. obs. 21. iten Suppl. nov. ad eand. obser. STRV VII Synt. Jur. Civ. Exerc. XXXII. tb. 23. ibique MULLERI; KLOCKII Consil. CII. n. 128. BRVN NEMANNI Cent. II. dec. 1. MANLII de ult. volunt.*

*lib. i. t. 12. n. 8. KETLERİ Decis. 33. RICHTERI Decis. 28.
n. 15. seq. BERGERI lib. I. Resp. 224. & novissime GOD. LEONH. IÖCHERI in Disp de testam. ad pias causas sine testibus valido, Lips. 1732.*

RATIO DVBITANDI 1.) quod testes in legato ad pias causas non solennitatis, sed veritatis solum gratia adhibeantur; quodsi ergo aliunde de eo certo constet, & ex testatoris scriptura forte seria ejus voluntas appareat, sola ea absque testibus probet. STRVVIVS l. c.

- 2.) quod in c. 4. X. de testam. legatum, nudis etiam verbis Monasterio relictum, valere dicatur.
- 3.) quod per c. 11. X. eod. legatorum ad pias causas validitas inde judicetur, si modo de ultima legantis voluntate constet.
- 4.) quod omni ejusmodi testamento clausula Codicillaris inesse praesumatur, vi cuius, si non valeat ut testamentum, in vim fideicommissi tamen subsistat. MEVIVS P. VIII. dec. 5. n. 5. & 6.

RATIO DECIDENDI 1.) negari per c. 11. X. de testam. quod ultima voluntas ad pias causas, coram minori, quam duorum vel trium, testium numero celebrata valeat; unde porro consequitur, eos ibi in eandem solennitatem adhiberi debere, ad quam alias in omni testamento, septem vel quinque ad minimum, testes requiruntur.

- 2.) per c. 4. X. de testam. non excludi testes, sed eum esse hujus cap. sensum, quod relictum Monasterio subsistat sine solennitate, nudis verbis, i. e. non interveniente solenni scriptura vel testamento, sed satis habeatur, si legatum per testes probari queat. PANORMIT. ad d. c. 4. X. de testam. n. 2.

- 3.) in c. 11. X. de testam. validum quidem haberi Legatum adpias causas, si modo de legantis voluntate constet; at non ideo quomodounque de ea constare debere, sed per duos ad minimum testes eam probandam esse.

4.) Si

4.) Si Legatum ad pias causas valere debeat, ut Codicillus, requisita etiam Codicilli eum habere debere, inter quæ præcipuum est, ut coram quinque testibus confessus fuit, l. fin. s. fin. C. de Codicill. Conf. Imp. de A. 1512. rubr. Von Testamenten, s. Und sollen die Notarien, vers. in Codicillen.

CONSENSVS FRANC. DE BARRY de Success. test. & intest. lib. i. t. 4. n. 17. MEVII ad lus Lubecens. P. II. tit. 1. art. 2. n. 59. **JAC. THOMINGII**. decis. 4. n. 4. & 5. **HARTM. PISTORIS** P. I. Qv. 2. n. 4. **BESOLDI** P. III. Conf. 94. n. 13. **REVSNERI** de testament. P. IV. c. 12. n. 12. **PANSCHMANNI** lib. II. qv. 8. n. 1. **MERENDAE**, lib. 4. Controv. 16. **BERGERI** in Oecon. Jur. lib. II. tit. 4. tb. 9. not. 3. p. 362. Responsum Ictorum Lipsiensium, pro nostra sententia datum M. Mart. 1718. habet WERNHERVS in Suppl. ad P. I. obs. 21. Porro consentiunt FINCKELTHAVSIVS Obs. 78. n. 26. seq. **MENCKENIVS** ad ff. lib. 29. t. 1. in f. ubi item Responsa F. I. L. Mens. Jul. 1707. et M. Nov. 1707. data recenset. **LEISERSVS** Medit. ad ff. Spec. 368. med. 4. ubi Responsum habet Helmstadiense M. Jul. 1717. **SCHILTER** Prax. Jur. Exerc. 38. tb. 118. seq.

CONTROVERSIA. II.

Emitio Venditio judicialiter celebrata, ob læsionem ultra dimidium, rescindi nequit; nisi forte fraus atque dolus licitatoris intervenerit. **CARPZOV** Responf. lib. IV. Resp. I. lib. V. Resp. 54. & P. II. Conf. 34. def. 13. item Process. tit. XXV. art. 4. n. 89. seq.

PROBATIO 1.) Clara est sententia l. i. C. de præd. decur: Nihil erit post venditionem judicialem, quo vendor, “vel circumventum te insidiis, vel oppressum potentia”

- „comparatoris, queri debeat: quandoquidem sub fide
 „A&torum, & de necessitate distrahentis, & de voluntate
 „patuerit comparantis &c. item l. ult. C. si propt. publ. pen-
 „sir. verbis: subhaftatio perpetuam habeat emtionis fir-
 „mitatem.
- 2.) Publice interest, venditiones, quæ sub hasta sunt, ex cau-
 sa laesionis non facile rescindi, nec fidem hastæ fiscalis con-
 velli, l. 5. C. de fid. & jur. hast. fisc. l. 8. C. de remiss. pign. l. 7.
 f. 8. & l. 24. §. 1. D. de minor; non solum, quod aliquin futurum sit, ut difficulter reperiantur, qui ad e-
 jusmodi emtiones accedere velint, si nulla fisci de evicti-
 one existat obligatio, l. i. C. credit. evict. pign. non deb. sed
 etiam, quia vix sciri possit, quodnam justum pretium sit,
 nisi illud, quod, publice facta venditione, reperitur, ju-
 stum habeatur.
- 3.) Confirmatio Magistratus, & judicis autoritas, quæ con-
 tractui accedit, otiosa esse non potest; sed omnino laesi-
 onis, atque fraudis & deceptionis circa illum, suspicionem
 excludit. c. 6. X. de renunc. c. 16. X. de Sent. & re jud. in f.

DISSENSVS, qua venditionem judicalem, LEISERI, Me-
 dit. ad ff. Spec. 203. med. 10. ARRI PINELLI ad l. 2. C. de resc.
 vend. P. II. c. 2. n. 18. seq. BERGERI Oecon. Jur. lib. III. tit.
 5. tb. 18. nos. 4. p. 674. Resol. Lauterb. p. 366. E. D. F. p. 161.
 & Suppl. P. I. p. 386. seq. P. II. p. 727. WERNHERI P. V.
 Obs. 234. HORNII Cl. ii. Sent. 38. & Resp. 40. BARTHII Ho-
 deget. for. c. 1. §. 90. lit. b. p. 422. COCCEJI Disp. de remed.
 L. 2. C. de resc. vend. tb. 12. MENCKENII ad ff. tit. de resc.
 vend. §. 7. qua subhaftationem publicam autem, ARRI PI-
 NELLI P. II. C. 2. n. 25. seq. FACHINÆI lib. II. Controv.
 Jur. c. 12. verf. sed contrarium docuerunt &c. ANT. FA-
 BRI in Cod. lib. 4. t. 30. def. 4. ANDR. RAVCHBARI P.
 I. Quæst. 46. n. 25. JO. HARPRECHTI in §. ult. n. 240. f.
 de Emt. Vñnd. & qui plures allegantur a CARPZOVIO lib.
 IV.

IV. Resp. I. n. 2. itemque BERGERI ll. cc. qui distinguit tamen, inter subhastationem voluntariam & necessariam, & qua illam saltem dissentit, cum MENKENIO Diff. Jur. n. IV.

RATIO DVBITANDI 1.) petitur ex I. n. C. de præd. minor.

- 2.) Decretum judicis, non de pretio & vera rei aestimatione, sed de causa saltem alienationis, justa vel injusta, interveniente censetur.
- 3.) Simplex Magistratus confirmatio nihil novi Contrahentibus dare, &, salvo utriusque Contrahentium jure, fieri intelligitur: "cum non omnis vox judicis judicati contineat autoritatem, & potentiam sententiæ certis finibus" conclaudi, saepe constitutum esse dicatur in I. 7. C. de Sent. & interloc.
- 4.) Obstat I. 9. D. & I. 16. C. de rescind. vend. verb. nec, sub nomine subhastationis publicæ, locus fraudibus relinquatur, ut, possessionibus viliore pretio distractis, plus exactior ex gratia, quam debitor ex pretio consequatur."
- 5.) In Terris Electoratus Saxonici per P. I. Conf. 32. verb: mürde sich auch &c. ipsis adeo debitoribus vel creditoribus, si per judicialem præcedentem aestimationem se laesos existiment, aliorum estimatorum judicium, ac novam aestimationem petere licet. Quidni ergo idem liceat, si per subhastationem vel venditionem judicialem, quis enormiter se laesum fuisse, conqueri habeat?

RATIO DECIDENDI 1.) Lex n. cit. non de rescissione qualicunque venditionis prædi minorum, sed ejus saltem accipi debet, quæ non prævia causæ cognitione, & ab ignorantे vires possessionis facta erat. d. I. verb: cuius vires ignorabat.

- 2.) Omnino judex in venditione publica, de pretii quoque, non causæ solum alienationis, justitia sollicitus est, aut certe

te

te esse debet; nisi elusorum reddere judicium suum aut decretum, vel sciens alterum lädere velit: *I. 75. D. de judic.* quod videlicet commune pretium rei, in tanta subhastationum judicialium frequentia, & facili de eo informatione habenda, ignorare haud presumitur. *CARPZOV lib. V. Resp. 54. n. 15.*

- 3.) Confirmatio Magistratus, ut omnes actus judiciales, cum effectu accipi, *I. 12. D. de reb. dub.* & omnino vim aliquam contractui tribuere, ac maiorem negotio fidem & autoritatem conciliare debet; si quidem lex abhorret actus frustraneos. *I. 14. §. 1. D. ut legat. nom. cav.*
- 4.) Manifestum est, *LI. citt. de eo saltem casu valere*, ubi dolum licitoris intervenisse, probari potest, ideoque alteram ex altera explicandam esse.
- 5.) Non sequitur, quod licet, si bona aestimata judicialiter alii in solutum dentur, ut non praeceps stari debeat priori aestimatione, sed alia peti queat; idem etiam tum licere, si mediante venditione solenni plus licitanti fuerint adjudicata; cum illud a volentibus fieri omnino possit, hoc verio in invitum, & fidem hastae publicæ secutum, temere statuendum non sit.

CONSENSVS *Ord. Magdeb. c. 22. §. 12. SCHILTERI Exerc.*
ad D. r. IX. §. 20. DAN. MOLLERI lib. III. Semespr. c. 12.
BERLICHII P. I. Decis. 126. THOMASHII Disp. de æquit. cerebrin. L. 2. C. de resp. vend. c. 3. §. 3. seq. GAILII lib. II. Obs.
1. n. 9. seq. & qua subhastationem, LEISERI in Med. ad ff.
Spec. 205. Coroll. 1. cum STRVVIIO Jurispr. lib. III. r. 11. §. 41.
Plures allegavit CARPZOVIVS lib. IV. Resp. 1. n. 5. ubi etiam n. 21. seq. & lib. V. Resp. 54. n. eod. itemque P. II. Const.
34. def. 13. n. 10. varia Scabinorum Lipsiensium, & Senatus Appellationum Dresdensis, præjudicia videre licet.

CON-

CONTROVERSIA III.

Hodie super adulterio quoque transigi potest. CARP-ZOV, Pract. Crim. Qv. 55. n. 14. Qv. 71. n. 31. & P. IV. Const. 29. def. 2.

PROBATIO 1.) petitur ex l. 29. §. 2. & 4. D. ad L. Jul. de adult. "verbis: si quis gratis remisit, ad legem non" pertinet: j. l. 2. f. 3. D. cod. l. 4. 29. & 34. de Jur. ffcc. item "ex Nov. 117. c. 8. & Auth. Sed novo jure &c. C. ad L. Jul. de Adult.

2.) quod ab humanitate & pietate alienum putatur, adultere resipiscienti fore mariti, eam recipere volentis, occulere, ut sentit HIERONYMVS in c. 19. Matth. JASON. in l. 18. C. de transact. VIRG. PINGIZER Qv. 4. & 57. n. 3. STRV. Disp. Crim. V. tb. 26.

3.) in favore matrimonii consistit, quod ita propter remissionem mariti non dissolvitur, ut tamen adulterio quoque pena irrogetur condigna, & scandalum tollatur; siquidem per Const. El. 19. P. IV. §. diem et circa med. in conjugem noctem perpetua statuitur relegatio, ac simul cum eo non cens emigrare jubetur.

DISSENSVS, ubi primo loco DELRIO ad l. 18. C. de transact. n. 71. usque ad n. 85. commemorari meretur, qui, de ratione prohibitae transactionis in d. l. tredecim Interpretum diversas opiniones recenset, subjuncta singulis exp. Inter dissentientes autem porro referendi sunt: HVNNIVS ad Treutlerum Vol. 1. Disp. 7. tb. 5. lit. C. quæst. 49. MOLINA de Iustit. & Jur. Tr. 3. Disp. 46. n. n. BRVN-NEMANN. ad l. 18. C. de transact. STRVK Us. mod. ff. tir. eod. §. 13. seq.

RATIO DVBITANDI 1.) ex l. 18. C. de transact. ibi: excepto adulterio &c.

B

2.) ex

- 2.) ex l. 2. §. 2. D. ad L. Jul. de adult. ibi: "nisi pater doceat,
 „maritum colludere magis cum uxore, quam ex animo
 „accusare &c. „ item ex l. 14. pr. & 29. pr. §. 2 - 4. D. ac
 „l. 2. C. eod. ibi: "Mariti lenocinium lex coercuit, qui de-
 „prehensam uxorem in adulterio retinuit, adulterumque
 „dimisit, debuit enim uxori quoque irasci, quae matrimonii
 „um ejus violavit &c. „ unde crimen lenocinii contrahe-
 re maritum probant, qui pretium pro injuria paciscendo,
 „commodum transactionis vindictæ sua præponere non
 „erubescat, uti ait l. n. §. 3. D. eod.
- 3.) Manifesto confundi transactionem cum gratuita remissione delisti; formale enim Transactionis per l. 38. C. de transact. l. 3. C. de repud. vel abst. hered. in eo consistere, ut aliquid detur, vel retineatur, vel promittatur: LEISER Med. ad ff. Spec. 47. med. 6. quodsi autem maritus accepto aliquo pretio adulterum dimittat, aut ipsi simulata indignatione pecuniam extorqueat, vix effugere eum posse lenonis notam. STRYK Uſ. mod. l. c.

RATIO DECIDENDI 1.) sublata est autoritas hujus legis, per Nov. 134. c. 10 verf. adulteram Aurb. sed hodie C. ad L. Jul. de adult. Conſt. El. 19. P. IV. Adeo LL. suum ævum habent & fatum, ut quod aliquando inhonestum visum est, deinde honeste fieri putetur. NIC. BOER decis. 298. CVFAC. lib. VI. obs. 15.

- 2.) Diversissima sunt hæc duo, adulterium conjugis perpetrandum adhuc, lucri & turpis quæſtus gratia, permittere ac probare; & adulterium, incio marito perpetratum, uxori adulteræ condonare, eamque resipiscētēm in thorū recipere: Illud non nisi Leno facit; hoc autem maritus, ad exemplum Christi, adulteræ ignoscentis, facere debet, secundum sententiam AVGUSTINI in c. 8. C. 32. qu. 2. Lex 29. pr. D. ad L. Jul. de adult. ejusque verba, quod maritus etiam

etiam irasci debeat uxori adulteræ, stricte accipienda esse
videtur, de adultera in ipso adulterii actu deprehensa l. 2.
C. eod.

- 3.) Distinguendum est inter transactionem lucrativo, & one-
roso titulo initam. Illam inire posse maritum, supra pro-
batum fuit ex l. 29. §. 2. D. ad L. Jul. de adulst. ibi: si quis
gratis remisit, ad Legem non pertinet &c. BARTOL. Consil.
170. ANT. MATTH. ad lib. 48. D. r. 19. c. 7. n. 9. THEO-
DORIC. Criminal. c. 6. apb. 3. n. 29. & 138.

CONSENSVS PVRPVRAT. in L. 18. C. de transact. n.
71. JVL CLAR. in Pract. §. fin. qu. 58. n. 11. HEIGHI P. II.
Qu. 29. n. 79. STRVVII Exerc. VI. tb. 61. THEODORIC. l. c. n.
139. VITRIARIJ ad Univ. Ius Iustin. L. 4. t. 17. n. 160. HENR.
ARNISÆI de jur. connub. c. 5. Sect. 9. n. 10. LAVTER-
BACH. Colleg. Iur. lib. II. t. 15. §. 22. Vener. Parentis, D. JO-
BEN. CARPZOVIJ in Diff. inaugurali de transactionibus
in delictis, Francof. 1700. p. 43. seq.

CONTROVERSIA IV.

Bona avita, juri protimis eos subiecta, ea solum haben-
tur, quæ a venditoris avo, & ulterioribus parenti-
bus, proveniunt. CARPZOY. P. II. Const. 31.
def. 14.

PROBATIO 1.) ex ipsa Const. Sax. 31. P. II. satis clara est, verbis:
Dass unter den Stamm-Gütern diese verstanden werden, die
nicht von Eltern allein, sondern von Groß-Eltern herkommen.
Cujus respectu autem, alienantis an redimentis? avus di-
catur, explicat Const. XII. ejusd. P. II. his verbis: Dass
Stamm-Güter solche seyn, welche der donator nicht selbst ac-
quirirt oder erlanget, sondern die von seinen Vorfahren, als
Groß-Vater und dergleichen gewonnen, und von demselben ib-
ren Ursprung haben.

B 2

2.) quod

- 2.) quod retractus gentilitius iepugnet libertati commerciorum, adeoque strictæ sit interpretationis.

DISSENTIT WERNHERVS Obs. forens. P. I. obs. 151.

RATIO DVBITANDI 1.) quod *Conf. XII.* allegata loquatur de donatione, ubi juri protimiseos plane regulariter locus non sit, ideoque ad venditionem minus recte applicetur.

- 2.) quod LLator Saxo indefinite ac generaliter loquatur, *von Stamm-Gütern*, unde non ad avos restringenda ejus verba, sed de omnibus majoribus ac parentibus ejusdem familie accipienda sint.

- 3.) quod *Contextus Conf. 31. P. II.* luculenter doceat, parentes avosque ibi respectu liberorum redimentium dicuntur.

RATIO DECIDENDI 1.) Sufficit, quod donatio perinde sit alienatio, uti est venditio, eoque satis declaretur, quod, respectu alienantis, avi conjunctio ac denominatio spectanda sit.

- 2.) Negatur, quod LLator Saxo indefinite loquatur, determinavit enim satis expresse significationem bonorum avitorum.

- 3.) Posito, quod utrumque sensum admittant *dīg. Conf.* verba, interpretatio usualis tamen eorum, ex multis Responsis ac judicatis, haurienda contraria mentem ejus omnino stabilivit.

CONSENSVS BERGERI *Oecon. Jur. lib. III. tit. 5. th. 13. not. 1. p. 66. MENCKEN. ad ff. tit. 1. lib. 18. f. 42.* ubi plura Enunciata juris hanc in rem affert; quin ipse WERNHERVS in *Suppl. nov. ad P. I. obs. 151.* varia in contrarium e collegiis Wittebergenibus adducit Responsa.

CON-

CONTROVERSIA V.

*Civitas, quæ retorsionis jure uti vult, probare debet, alteram civitatem, in specie contra illam, ini-
quum jus exercuisse, CARPZOV. P. III. Conſt.
38. def. 9.*

PROBATIO 1.) *Textus hanc in rem clarus est in P. III.*

*Conſt. Sax. 38. verb: Wenn aber eine Stadt ſolch unlilich
Recht in Gebrauch, und doch gleichwohl daffelbe, wieder eine
oder mehr gemiſſe Städte, niemahls ins Werck gerichtet hätte;
ſo könnten ſolche Städte und Oerter, ſich hinnieder des juris re-
torsionis gegen dieſelbe Stadt, auch nicht gebrauchen.*

- 2.) *Retorsio eſt inſtar deſenſionis, quae locum non habet,
niſi ubi offenſio præceſſit. CARPZOV. I. c. def. 8. n. 5.*
- 3.) *Conſuetudines ſtrictæ ſunt interpretationis, nec receptæ
præſumuntur, ſed in ſpecie probari debent I. 39. D. de LL.
ANT. FABER in Cod. lib. i. t. 2. def. 45. n. 19.*

DISSENSVS STRPKII in Uſ. mod. ff. tit. quod quisque jur.
in alt. ſtar. §. 4. SCHOEPFERI Syn. Jur. priv. tit. eod. p. 44
WERNHERI, Obſ. for. P. III. Obſ. 32.

RATIO DVBITANDI 1.) *quod ſatis videatur, ci-
vitatem ejusmodi jure generaliter uti, nec ullam aliam ci-
vitatem melius vel aliud jus ex eo loco ſperare poſſe.*

- 2.) *In I. 3. D. quod quisque jur. in alt. ſtar. dicitur: "retor-
tionis poenam adverſus omnem ſtatuī, qui in Edictum"
incidit, non ſolum eo poſtulante, qui ab eo laeſus eſt, ſed "
omni, qui quandoque experitur &c. „j. I. I. §. 1. D. eod.
& I. 7. C. de reſe. vend.*
- 3.) *Ex verbis cit. Conſt. Sax. 38. potius illud appetet, quod
ſupponat ac præſtruat ejusmodi actus, quibus altera ci-
vitas occaſionem ſuo jure utendi habuit, nec ramen eodem
uſa eſt; id vero facti eſt, adeoque ab ea ciuitate, contra
quam quis retorquere vult, probandum. WERNHER I. c.*

RATIO DECIDENDI 1.) Si civitas sine generali statuto, semel tantum in hoc vel illo casu singulari jus ini- quum exercuit, incongruum foret, communem inde ini- quitatis præsumptionem aduersus illam a quovis capi; ubi ipsa etiam præsumptio per probationem contrarii elidi po- test.

- 2.) dictis LL. Romanis in Saxonia derogatur per allegatam Constitutionem XXXVIII.
- 3.) Perinde facti est, quod civitas, contra quam retorquen- dum, antea pari jure sua fuerit contra civitatem retor- quentem. Potius vero probatio injungenda est illi, qui agit, seu civitati retrosuræ, quam alteri; quæ utique ne- gativam probare deberet, cum illa se in affirmativa fun- det, quæ proinde merito præfertur. *l. 23. C. de probat.*

CONSENSVS BERLICHII P. III. Concl. s1. n. 27. MOLLERI ad Conf. 38. n. 7. ibique REINH. ROSÆ in additt. ANDR. GOLDB. de Geradac. s. n. 51. JAC. THOMINGII decif. 26.

CONTROVERSIA VI.

Sponsa perinde ob stuprum sponsi, quam hic ob illius deflorationem, justam a sponsalibus recedendi cau- sum habet. CARPZ. Jurispr. Eccles. lib. II. def. 188. & P. IV. Conf. 20. def. 13.

PROBATIO 1.) “Iudex adulterii ante oculos habere de- bet, & inquirere, an maritus, pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi autor fuerit. Periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat; quæ res potest & virum da- minare, non vero rem, ob compensationem mutui cri- minis, inter utrosque communicare. *l. 13. §. 5. D. ad L. Jul. de adultr. Eadem est sententia c. 4. C. 32. Qu. 4. &c. 1. 2. seq. C. 32. Qu. 6. ibi:* “Nemo blandiatur sibi de LL. homi- num. Omne stuprum adulterium est; nec viro licet, quod

quod mulieri non licet: Eadem a viro, quæ ab uxore“
debetur castimonia. &c. ,,

- 2.) Facilius & pluribus ex causis rumpi sponsalia possunt,
quam matrimonium consummatum, cum turpis ejiciatur,
quam non admittitur hospes. c. 25. vers. aliqui X. de
iurej.
- 3.) Sponsa ex vita ante acta sponsi, merito de futura ejus per-
fidia metuere habet, & vix ad cohabitandum ei cogi po-
test.

DISSENSVS PAVL. CYPRAEI de sponsal. c. 13. §. 37. n. 2.
FINCKELTHAVS, Obs. 30. n. 85. **SCHWENDENDOER-
FER**. ad Eckolt. rit. de sponsal. §. 7. **GOEDDEI** ad l. 101.
de V. S. n. 4. **GERHARDI LL. Theol. Tom. VII. de conjug.**
n. 112. inf. **NIC. HIERON. GVNDLING. Diff. de maiore a**
Feminis quam a viris requirenda castitate. Hal. 1717. §. 26.
seq.

RATIO DVBITANDI 1.) Magna ratio diversita-
tis est in sponsa vitiata, a sponso non juvene; illa namque
per infitionem stirpis adulterinæ , non solum marito, sed
& toti familiae insigne dedecus affert; **WESENBEC** paratit.
ad L. Jul. de adult. n. 4. seq. **GLOSS.** in l. 43. §. 12. D. de rit.
nupt.

- 2.) Sponsi vitium non adeo in oculos incurrit, quam qui-
dem sponsæ, quæ se satis uteri gestatione prodit, ut ipsi
illlico objici queat: Peperit, ergo non est virgo.
- 3.) Ejuvenum nunc est conditio, quæ jam Comici tempo-
ribus fuit, libere pronunciantis: Non est flagitium, mihi
crede, adolescentulum scortari: **TERENT. Adelpb. Aet. 1.**
Scen. 2. vers. 21. Viget etiamnum sententia dia Catonis, qui
apud **HORATIVM Lib. II. Sat. XI. v. 31.** seq. cum quidam
notus homo exiret fornice, inquietabat: Mačte virtute esto,
nam simul ac venas inflavit tetra libido, huc juvenes æ-
quum est descendere. Hos mores seculi non ignorare
præsumitur sponsa, nec adeo, nisi expresse de eo caverit,
tam illibatam in sponso desiderasse castitatem. 4)

4.) Jus divinum quidem compressam ab alio lapidibus ob-
rui jubet, si postea tanquam virgo nubens, a marito
divortium petente accusata fuerit: *Deut. XXII. 13 - 21.*
at de marito nihil tale disponit; unde evincitur, quod
licet Lex Mosaica forensis nihil ad nos pertineat, ea ta-
men conscientiam in hoc casu instruere valeat; *SCHNEI-
DEWIN ad f. de nupt. P. IV. n. 62.*

RATIO DECIDENDI 1.) Non sequitur, quia virgi-
nes se prostituendo magis delinquunt, E. juvenes non
delinquunt. Et sane stupro sponsi non minus familiæ
dedecus infertur, & damnum, quod per alimentatio-
nem spurii sentit, quam vitio sponsæ.

2.) Non de externo habitu sponsi, qui forte parum immu-
tatus videri poterat concubitu, sed de interna ejus quali-
tate & castitate queritur.

3.) Eadem corruptio seculi cadit in femineum sexum, ut
omino virginem vere castam & intactam hodie inveni-
re difficile sit: at hinc non sequitur, virginem, quæ il-
libatum corpus mentemque sponso affert, non eandem
integritatem in ipsis moribus jure desiderare.

4.) Quodsi etiam Iure divino hodieque uti velimus, stricte
tamen capiendum est, de casu solum, de quo expresse
disponit; indeque inferendum, quod ob stuprum a marito
ante nuptias commissum, divortium non sit permitten-
dum: *CARPZOV P. IV. Conf. 20. def. 13.* at si ante sponsa-
lia comperiat turpitudinem sponsi nova nupta, propter
deficientem consensum, ipso jure a promissione sua li-
berata esse videtur.

CONSENSVS WESENBECKI *Parat. de R. N. n. 8. SCHIL-
TERI Inst. Jur. Can. lib. 2. t. 10. §. 52. ibique HORNII in addit.
p. 386. STRYKII de diffens. sponsal. Sess. II. §. 34. NICOLAI
de repud. Lib. II. c. 2. n. 65. BERGERI in supplem. ad El. Pr.
Matr. p. 128. & Oecon. Jur. lib. 1. tit. 3. tb. 7. p. iii. VVERN-
HERI in Princip. Jur. Eccles. c. 13. §. 62.*

CON-

Q. D. B. V.

1736 8^o
14 7

VINDICIAE CARPZOVIANAE

QVARVM
SPECIMEN II.

AD DIEM III. OCTOBR. ANNI c1713 cc XXXVI.
IN ALMA WITTENBERGENSI
EX CATHEDRA JVRIDICA
PVBLICE TVEBVNTVR

P R A E S E S

FRIDER. BENEDICTVS
CARPZOVIVS

IVR. VTR. DOCTOR ET ADVOCATVS SAXON. IMMATR.
ET RESPONDENS

JOANNES ANDREAS CRÜGERVS
SEDINENSIS POMERANVS.

WITTENBERGAE, PRELO HAKIANO.

CONTROVERSIA VII.

Matrimonium in gradu, jure divino prohibito, contractum, & per benedictionem sacerdotalem consummatum, rursus dissolvi non debet: excepto eo, quod in linea recta, & in gradu primo lineæ aequalis contractum est. CARPZOV. Iurispr. Eccles. lib. II. def. 99. & Iurispr. forens. P. IV. Conf. 23. def. II.

PROBATIO 1.) Moses *Levit. XIIIX. & XX.* prohibitio nem quidem nuptiarum divinam per varios gradus, at nullibi simul hoc tradit, quod matrimonia omnia & singula, contra illam jam vere contracta, rescindi debeant: potius cum in c. XX. 20. 21. expresse ejusmodi conjugibus penam sterilitatis & afflictionis temporalis comminetur, satis inde liquet, eos non separandos esse, quod alias pena statuta locum habere nequeat. Quod vero incestu osum in linea recta & collaterali aequali matrimonium rescindatur, causa hac est, quod hic transgressores capitaliter puniendi sunt. *Levit. XX. 11. 12. 14. 17. Deut. XXVII. 22. P. IV. Conf. El. Sax. 22.*

2.) Exempla Abrahami, qui sororem duxerat, *Gen. XX. 12.* & Iacobi, qui duas sorores una in matrimonio habebat, *Genes. XXIX. 27. 28.* Nahoris item & Athnielis, qui fratum filias, *Genes. XI. 29. Iof. XV. 16. 17.* imo Amrami, patris Mosis, qui amitam conjugem habuit, *Exod. VI. 20.* de divina ejusmodi nuptiarum tolerantia satis testantur.

3.) *C. un. X. de consangu. in 6.* statuit, quod si ab ignariorum contractum fuerit conjugium in gradu prohibito, illud scientes postea continuare nihilominus queant.

C

4.) Mul-

- 4.) Multa ab initio facilius impediuntur, quam si facta fuerint, rescinduntur. c. 25. *X. de Iurei.*
 5.) Scandalum magis daretur in Republica, si matrimonium bene concordans, & diuturnitate temporis firmatum, & copiosa prole beatum disrumperetur, quam si porro continuetur. Unde &
 6.) Imperatores Marcus & Lucius matrimonium, ab ignara juris cum avunculo ante 40. annos contractum, ob temporis diuturnitatem, & numerum liberorum, legitimum declarasse dicuntur in 157. *D. de rit. nupt.*

DISSENSVS FARINACII Pr. Crim. P. V. t. 16. qv. 149. n. 134.
 137. 141. & seq. **SANDII Decis. Frif. lib. II. t. 1. def. 8.** **BROWWERI** de Iur. Connub. lib. II. c. 13. §. 15. p. 453. & c. 17. n. 17. in f. pag. 501. **KIZELII Synops. matrim. c. 3. theor. 13.** & 22. **SCHNEIDEWINTI** ad J. de nupt. P. III. n. 5. seq. **BEVERI** ad Carpzov. Iurispr. Eccles. lib. II. def. 99. **ESBACHII** ad Carpzovium P. IV. Const. 23. def. n. **BRVNNEMANNI** ad Auth. Ex Complexu C. de incest. nupt. n. 9. & in Iur. Eccles. lib. II. c. 16. §. 27. ibique Stryckii, **STRYKII** Tr. de dispens. Sponsal. Sect. V. §. 14. 18. & 22. seq. **THOMASII** Instit. jur. div. lib. III. c. 3. §. 231. seq. **BERGERI** Oecon. Iur. lib. I. tit. 3. thes. 5. not. 5. p. 101. & Resol. Lauterb. tit. de Rit. nupt. Qv. 5. item Suppl. ad Proc. matrim. p. 34. seq. & in Respons. P. I. Resp. 236. & P. II. Resp. 72. **HORNII** Annot. ad Schilteri Instit. Iur. Can. lib. II. t. 4. §. 27. verb. rescindip. p. 292. & Respons. Cl. III. Resp. 7. & n. item Cl. XV. Resp. 53. **ECKARDI** Annot. ad Schilterum p. 1847. 2683. seq. & 2725.

RATIO DVBITANDI 1.) Si continuari possent incestae nuptiae, salvo Iure divino, Iohannes Baptista non dixisset Herodi: *Non recte facis, quod fratris tui uxorem in matrimonio habebas; sed potius sic locutus esst: Non recte fecisti, quod eam duxeris. Matth. XIV. 4.* Nec Pau-

Paulus adeo detonasset in Corinthios, quod tolerarent civem, qui nefando, & ipsis gentilibus inaudito exemplo, nevercam habeat uxorem. *I. Cor. V. 1.*

- 2.) Si ipsum matrimonium a Deo est prohibitum, certe ejus continuatio, in qua incestus quovis concubitu reiteratur, non minus prohibita videri debet.
- 3.) In *I. 4. C. de incest. nupt.* dicitur, nuptias putativas, errore comperto, sine ulla procrastinatione dirimendas esse.
- 4.) Si actus, contra leges humanas gestus, ipso jure nullus est, *I. 5. C. de LL.* quis minorem vim tribuat legibus divinis?
- 5.) Ansa delinquendi præbetur, cum ita, spe impunitatis, et non dirimendæ conjunctionis nefariae, pro lubitu eludere queant homines sanctionem divinam.
- 6.) Tanto gravius est peccatum, quanto diutius infelicem animam detinet; *c. fin. X. de Consuet.* unde diurnitas cohabitationis, tantum abest ut eam, quæ ab initio iusta est, convalidet, ut potius magis damnabilem redat.

RATIO DECIDENDI 1.) Nuptiae cum fratriis vidua in se non sunt illicitæ, alias Deus ipse, in Iure Leviratus stabiliendo, eas non imperasset. *Deuter. XXV. 5. seq.* Licet ergo contra expressum interdictum divinum *Levit. XIII. 16.* contrahi hodie nequeant, hoc tamen illico dissolutionem, contractarum etiam ex errore, inferre, nondum evictum est. In Herode vero hoc maxime fuit, quod damnaret Iohannes, quod is fratri Philippi uxorem, Herodiadem, eo adhuc in vivis superstite, abduxerit, adeoque in adulterio manifesto versaretur. IOSEPHVS *Antigg. lib. XVIII. c. 7.* EVSEBIUS *Hist. Eccles. lib. I. c. 12.* Corinthius denique incestuosus plane huc non

pertinet, cum is matrimonium in linea recta contraxerit,
quod omnino dissolvendum &

- 2.) A prohibitione contrahendi matrimonii, ad dissolutionem contracti, non valet Consequentia. Multa matrimonium

impedit fieri, permittunt facta teneri.

Sic furiosus, licet uxorem ducere non possit, retinere tamen in matrimonio potest; *I. 8. D. de bis, qui sui vel alien. jur. Leprosam, paralyticam, eamque, quæ oculos vel nasum amisit, non ducere quidem, ductam vero nec dimittere quis debet. c. 25. vers. alioquin in f. X. de jurej.* Ac perinde ut matrimonium metu contractum, ab initio quidem nullum est, convalescere tamen potest, si per copulam carnalem consummetur, & tractus temporis ei accedat: sic quoque continuare incestas nuptias non æque injustum est, quam eas inire.

- 3.) Lex 4. citata conditionem saltem ponit, quod qui nuptias incestas contraxerint, tum demum lucris nuptialiibus gaudere debeant, si errore comperto conjunctionem nefariam diremerint; at hæc conditio nihil ponit in esse, ut Logicorum canon est, nec renunciatione lucri interdicit conjugibus, si velint continuare matrimonium.

- 4.) In allegata L. 5. diserta declaratio nullitatis actus, contra LL. commissi, habetur: quæ cum in matrimoniis quibuscumque, Iure divino prohibitis, cesseret, simpliciter annullari nequeunt.

- 5.) Quodsi nuptiæ incestæ ex proæresi quadam, et cum manifesto contentu præcepti divini, magno item scandalø, ut in casu *I. Cor. V. 1. seqq.* proposito, contractæ esse videantur, omnino, præter poenam sat gravem, quæ ejusmodi delinquentes manet, *Ord. matrim. Sax. punct. 2. etiam eos separandos esse non negaverim, ne de improbitate sua quicquam gaudeant, l. 134. §. 1. de R. I; at*

si labrico ætatis, aut errore acerrimo, non affectato simulatore, lapsi fuerint, *l. 4. C. de incest. nupt.* aut culpa parentum in prohibito grādu desponsati sint, *l. 57. §. 1. D. de Rit. nupt.* tum non rescindi facile posse existimem, semel contractum ac bene constans eorum matrimonium; ita tamen, ut ad scandalum evitandum territorio ejiciantur. Ita vero nulla delicto venia datur, nulla divisa iusssio eluditur.

- 6.) Peccatum quo magis in habitum transit, eo magis omnino exitiale ac execrabile est: at inde non sequitur, reatum ejus conjunctionis, quæ in se et sua natura peccatum non est, sed ab accedente prohibitione demum vitium contrahit, ex gravibus causis minui non posse; scilicet ut majus incommodum ac scandalum in Republica, et in primis tertii infontis, liberorum videlicet ex ejusmodi conjugio natorum præjudicium, qua famam, educationem, successionem etc. evitetur: utique si tractu temporis memoria cognitionis inter personas conjugatas veluti exoleverit.

CONSENSVS BEVSTII de spons. et matr. c. 52. GROTHI de I. B. et P. lib. II. c. 5. §. 16. RICHTERI Decis. XI. n. 27. 53. et Parr. II. cons. 3. STRRVVII Exerc. XXIX. tb. 50. MEVII P. III. dec. 399. SCHILTERI Instit. Iur. Can. lib. II. t. 4. §. 27. et tit. X. §. 29. item Exerc. XXXVI. §. 43. BRVKNERLI Decis. matrim. c. 5. per tot. MENKENII Gymnas polem. Disp. II. Iur. Can. tb. 16. WILDVOGELII Respons. 186. Ita responderunt Scabini Lipsieenses M. Iul. A. 1634 pro matrimonio cum defunctæ conjugis fororis filia, et Mens. Aug. A. 1634. cum Avunculi vidua, apud CARPLOVIVM Iurispr. for. loc. cit. supra. Apud EVNDEM Iurispr. Eccles. I. c. Consistorium Dresdensi M. April. 1585 toleravit nuptias cum fororis uterinæ filia, et

C 3

M.

M. Maj. 1614. cum socrus sororis filia. Scabini Lipsienses A. 1648. cum fratri vidua, apud SCHILTERVM Inß. Iur. Can. l. c. Iureconsulti Halenses M. Oct. 1694. et M. Dec. 1696. cum uxoris sororis filia, apud STRYKIVM Diffens. spons. Sect. V. §. 27. 28. et Us. mod. ff. tit. de Rit. nupt. §. 22. Tribunal Wismariense, cum patrui magni vidua, apud MEVIVM dec. 399. Plures Decisiones Iureconsultorum Halensium, Francofurtensum, Ienensum, Kiloniensum, Rintelensum etc. habet BERGERVS in Suppl. ad Proc. matrim. p. 68. seq; et BRUCKNERVS in Decis. matrim. l. c.

CONTROVERSIA VIII.

Non tantum personae Levit. XIIIX. memoratæ, sed integer, in quo constitutæ sunt, gradus prohibetur. CARPZOVIVS Iurijspr. Eccles. lib. II. def. 76. n. 3-6. def. 92. n. 8. et def. III. n. II. item Prax. Crim. Qv. 73. n. 22.

PROBATIO 1.) Generalis lex est prohibitiva *Levit. XIIIX. 6: Non accedes ad carnem carnis tuæ*; quam exempla subiecta neutiquam restringere, sed illustrare magis, cum regula interpretationis: Ubi eadem est ratio, ibi eadem dispositio, l. 13. & 14. D. de LL. tum illud quoque probat, quod eodem modo conjunctæ personæ, v. c. amita, *Levit. XIIIX. 12*, & matertera, vers. 13. diversim prohibite legantur: quod factum omnino non fuisset, si Deus tot singulares leges, quot prohibitionum exempla dare voluerit.

2.) Cum omnis interpretatio ita fieri debeat, ut absurditas evitetur, BARBOSA Loc. Comm. lib. I. c. 5. axiom. I. HORNIVS Cl. VI. Respons. 5. p. 327. b. hincque mens potius, quam

quam verba legislatoris respicienda sint; *I. 219. D. de Verb. Signif.* sequitur, quod cum inter prohibiciones Leviticas nulla speciatim extet, de non ducenda avia, proavia &c. item de non appetendis nupiis cum fratriis sororisve filia, eae ad personas ibi nominatas stricte referendae non sint.

- 3.) Quodsi etiam dubia sententia legis esset, in causa tamen, quae conscientiam tangit, tutior via eligenda est, *Rom. XIV. 23.* & qua scandalum aliorum evitetur, *ib. v. 15. c. 3. X. de Sponsal. MEIVS P. VIII. dec. 151.*

DISSENSVS WESENBECKI Conf. 23. FICHARDI Vol. II. Conf. 68. SELDENI Ux. Hebr. c. 6. in f. MAVSERI ad §. 1. I. de nupr. p. 66. HARPRECHTI ad §. 3. f. eod. STRYKII Dissens. Sponsal. Seq. V. §. 20. & 21. & in not. ad Brunnen. Ius Eccles. lib. II. c. 16. §. 21. seqq. ubi varia Responsa habet. LYNCKERI decis. 1337. & Resol. 409. WILDVO. GELII Conf. 187. n. 5. & conf. 191. n. 12.

RATIO DVBITANDI 1.) Regulariter Deus, matrimonium cum quacunque scemina contrahendi, potestatem fecit homini; quod exemplo filiorum Adami constat, quibus ipsas forores ducere permisit. Prohibitiones ergo *Levit. XXIX.* strictae sunt interpretationis, quam jura correctoria, *BARBOSA Thesaur. lib. 14. c. 124. n. 4.* nec ad similes personas extendenda.

- 2.) Computatio graduum est inventum humanum, quod Scriptura sacra ignorat; cumque rationes, ob quas Deus has vel illas personas jungi vetat, humano intellectui impervestigabiles sint, *GROTIUS de I.B. & P. lib. II. c. 5. §. 12.* voluntatem Legislatoris expressam, quippe quae sola ratio prohibitionis esse videtur, stricte sequi praestat.

- 3.) Diversa sepe est ratio personarum, quae in eodem gradu constituantur: veluti cum *Levit. XXIX. 14.* patrui viduam du-

ducere prohibemur, quod nobis parentis loco est, nec si ne officii confusione tanquam uxor cohabitare potest, male hinc argueretur, foeminam patruo vel avunculo numero non posse; quem enim his personis respectum debet ille per matrimonium subsequens non tollitur, sed potius augetur.

RATIO DECIDENDI 1.) Non confundenda est Lex divina naturalis, cum positiva. Ex illa omnia matrimonia licent, que modo non ipsa natura abhorret, ut in linea recta. Hæc vero certos gradus constituit, intra quos licentia ista contineri debeat. Est ergo quidem correctioria prioris, at vi interpretationis declarativæ, qua scire leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem, l. 17. D. de LL. strictius tamen explicanda non est, quam mens ejus ac intentio patiuntur, quæ Levit. XIIIX. 6. satis clare exponitur: *Nemo ad ullam carnem cognitionis suæ accedat.* Quo ipso non solum memoratae personæ, sed similes etiam arcentur, ne absurditatis sanctissimum Nomothetam arguamus. vide supra probat. 2.

2.) Computatio Graduum, in se spectata, fundatur in ipsa Scriptura sacra, ubi variae passim prostant Genealogiae, ibique diserte numerantur generationes, veluti Matth. I. 17. ut omnino pro invento humano haberi nequeat; licet eam homines magis in formam artis redegerint. Nec sumnum Numen rationes prohibitionis sua nos prorsus latere voluit. Quo enim frequens repetitio verborum: *Est patris tui, fratris etc. nudias, q[uod] proxima cognata tua,* Levit. XIIIX. pertinet, nisi ut intelligatur, cum pudorem naturalem, tum reverentiam iis personis, quæ parentum loco sunt, debitam, cum familiaritate conjugali stare non posse? In collaterali vero linea Deus hanc potissimum rationem habuisse videtur, ut nuptiis interdiceret, ne qua-

run-

rundam personarum convictus, ac quotidiana et inobseruata conversatio, stupris atque adulteriis promiscuis ansam præberet.

- 3.) Respectus parentelæ d. I. non est primaria prohibitionis causa, sed proximitas potius sanguinis; quæ cum in gradibus æque distantibus sit eadem, eadem quoque prohibito esse debet. Alioquin hoc absurdum sequeretur, prohibitum non esse ducere filiam, licet interdictum sit nubere filio. Alia quoque reverentia est filiae erga patrem, quam uxoris erga maritum, ut vel hoc respectu foemina patruo suo aut avunculo commode nubere non possit.

CONSENSVS SCHNEIDEWINI ad tit. I. de nupt. Rubr. in quibus gradibus jus divinum probibet matrimonium contrabii, n. 16. BEVSTII de sponsal. et matrim. P. II. c. 51. BRVNNEMANNI Iur. Eccles. lib. II. c. 16. §. 26. ZIEGLERI Iur. Majest. lib. I. c. 7. §. 16. seqz. BEVERI ad Carpzov. Consil. d. 76. BERGERI Resol. Lauterb. tir. de Rit. nupt. Qv. 5. et Supplem. ad Proc. maritim. p. 53. seqz. et 64. HORNII Annos. ad Schilteri Instit. Iur. Can. lib. II. 2. 10. §. 28. & Responsor. Cl. III. Resp. 7. 8. 11. 13. & 30. WERNHERI Observ. forens. P. I. obs. 278. P. III. obs. 103. & Jur. Eccles. c. 13. §. 42. LEYSERI Medic. ad ff. Specim. de Incestu, med. 1-3. ubi retractat sententiam contrariam in Spec. 292. med. 1. olim defensam.

CONTROVERSIA IX.

Matrimonium cum uxoris defunctæ sorore Iuri divino positivo universali repugnat. CARPZOV. Iurispr. Eccles. lib. II. def. 91. & Disp. I. de Arb. Consangu. §. 38.

PROBATIO 1.) Clara est sententia Levit. XIII. 18. qua fratri viduam ducere prohibemur; unde prono alveo fluit,

fluit, nec licere uxoris sororem ducere, quippe in eodem
affinitatis gradu constitutam.

- 2) Si patrui viduam ducere non licet *Levit. XIX. 14.* quæ
adhuc uno gradu remotior est; multo minus, vigenera-
lis præcepti, *vers. 6.* proximiorem cognatam in conjugem
accipere fas erit. Unde ex eadem gradus identitate reſte
concludunt *CARPZOVIVS Luris spr. Eccles. lib. II. def. 92.* ibique
Beyerus NICOLAI Resol. præf. 3. n. 20. *HORN. Cl. III. Resp.*
8. & *u. BERGER. P. I. Respons. 236.* *WERNHER Obs.*
for. P. I. obs. 278. & *P. III. obs. 103.* nec non in *Supplm. nov.*
ad dict. obs. 103. itemque *ECKARD. ad Schilter. lib. II. t. 10. p.*
263. sq. ne quidem uxoris sororis filiam duci posse. De-
nique.

- 3) Sufficere poterat Regula generalis *Levit. XIX. 6.*: Nullus
accedat ad proximam carnis ſuæ. Sunt enim maritus et u-
xor una caro, *Genes. II. 24.* *Marth. XIX. 5.* ergo uxoris soror
redditur proxima carnis, & per consequens ab ejus con-
jugio abſtinere affinem oportet.

DISSENSVS Doctorum longa serie habetur in *Actis Oett-
tingenſibus*, quæ prodierunt sub titulo: *Unterschiedliche
Streitschriften, Responſa und Gutachten, samt denen Actis ei-
nes in der Fürſt. Residentz zu Oettingen, den 10. Octobr. A.
1681 gehaltenen Colloquii, über die Frage: Ob Gott verboten
oder zugelassen habe, daß einer ſeines verſtorbenen Weibes
Schwester beyrathen möge? Oettingen.*

RATIONEM DVBITANDI facit textus, ut vide-
tur, planissimus, *Levit. XIX. 18.* ubi prohibitio hæc, ad
vitam & placitum uxoris tantum, reſtringitur.

RATIO DECIDENDI vero hæc eſt, quod locus ille
plane non agat, de nuptiis cum uxoris forore, ſed de po-
lygamia ſimultanea, quæ hic expreſſe damnatur, & ſuc-
cessiva, quæ virtualiter approbatur. Id quod luculent-
ter probat ex Theologis, ſi quis alius, accuratissimus
SCHER-

SCHERZERV System. Theol. Loc. 27. de Conjug. §. 6. p. 777.
seq. quos in hac materia omnino magis quam Politicos
consuli debere, ex vero judicat ECKARDVS ad Schilte-
terum p. 2690. Enimvero 1.) non, ut in antecedentibus,
dicitur: Nuditatem fororis uxoris tuae non deteges; sed
simpliciter: Uxorem ad fororem, id est, unam ad aliam uxo-
rem, non accipies. Vide de hac Phras & idiotismo He-
braico Exod. XXVI. 5. 6. Ezeb. 1. 9. 23. III. 13, ubi si-
milis, quæ alteri jungitur, species, fororis ejus nomi-
ne venit. Conferatur item locus Paulinus 1. Cor.
IX. 5. Numne licebit nobis uxorem fororem circumducere? 2.)
Non additur ratio, quæ in aliis nefariis nuptiis adjici-
tur: Caro uxoris tua est, aut similis. Unde apparet, hic
alterius generis interdicta sequi, ac priora de nuptiis in-
cestuosis expedita esse; quemadmodum etiam ea, quæ
sequuntur, alterius generis sunt, veluti vers. 20. de
adulterio, vers. 22. 23. de sodomia; nec ulla iterum
in toto hoc capite XVIII. prohibitio nuptiarum suc-
cedit. 3) Non simpliciter prohibetur hoc conjugi-
um, sed in vita ejus: at fororem uxoris, proprie dictam,
nunquam fas est ducere. 4). Adjecta causa: ad laceffen-
dum, generalis est, et ad polygamiam simultaneam per-
tinet. Cum vero, defuncta uxore, foror ejus ducitur,
quomodo foror affligi potest, quæ jam diem obiit? 5)
Conjugium cum forore uxorij jam Levit. XIII. 16. ex pa-
ritate rationis prohibitum est.

CONSENSVS, Præter supra in Probar. 2. allegatos, BER-

GERI Cent. 2. Conf. 6. HORNII Addit. ad Schilter. in Append

de Comput. Grad. §. 57. et Cl. III. Rs. 7. WERNHERI Iur.

Eccles. Princip. c. 13. §. 47.

CONTROVERSIA X.

Matrimonium inter fratris viduam et levirum nul-
 D₂ la

la dispensatione humana licitum reddi potest.

CARPZOV. Iurispr. Eccles. lib. II. def. 91. et 109.

PROBATIO 1.) Prohibitio adest divina *Levir. XIX. 16.*

XX. 21. Nuditatem fratris tuae ne detegito, nam nuditas fratris tui est.

2.) Iohannes veritatem hanc coelestem sanguine suo firmavit. *Mattb. XIV. 1-12. Marc. VI. 17-29.*

3.) Inferior, qualis respectu Dei quilibet est potestas humana, in lege superioris dispensare nequit: ejus enim solum est solvere, cuius et ligare. *Deut. IV. 2. Mattb. V. 14. c. 13. X. de reſtit. ſpol. MYLER AB EHRENBACH Galolog. Person. illuſtr. c. 8. n. 2.*

DISSENSVS *HARTM. PISTORIS Obj. 192. n. 99.* qui tex-
tum Mosaicum *Levir. XIX. 16.* de uxore fratris viventis
repudiata interpretatur, pessimo exemplo, cum ita, ex
rationis paritate, et alia hujus capituli prohibitiones eo
restringi queant: *LEYSERI medit. ad ff. Spec. 292. med. 6.*

RATIO DVBITANDI 1.) Prohibitio ista non est ex
Iure Naturae, quod solum immutabile est.

2.) Deus ipse in Iure Leviratus *Deut. XXV. 5. seq.* circa eam
dispensavit, eoque cuiilibet legislatori supremo, qui ejus
vicem in terris gerit, licentiam dedisse videtur, idem fa-
ciendi, si Reip. id expediat, aut aliae graves causae dispensa-
tionis ipsi suppetant.

RATIO DECIDENDI 1.) Princeps et legis naturae,
et positivae universalis respectu, Deo inferior est: alio-
quin si in hoc dispensare posset, etiam inter fratres et
forores nuptias permittere valeret, quarum interdictum
itidem juris naturalis non est.

2.) Ius Leviratus ad legem forensem, solis Iudaeis latam per-
tinet, et in speciali caſu obtinuit, si frater absque libe-
ris decedat; quo diſtinctio familiarum et tribuum in gen-
te iſta conservaretur, et cognosci posset, ex qua tribu
Messi-

Messias expectandus foret: ideoque in N. T. Christo jam nato, et ratio legis, & ipsa lex dudum expiravit. GERHARD Loc. de Conjug. n. 319. Nec vero, quod Deo licet in legem abs se datam, idem Principi licet; cui nulla esse potest tanta ratio dispensandi, quanta Deo constituit, in veritate promissionis suae, de Messia ex tribu Iudee et familia Davidis nascituro, afferenda. Aut certe eidem, in omnibus aliis LL. divinis universalibus, similem dispensandi copiam facere oportet, ut v. g. etiam in homicidio jus aggratiandi exercere, et Polygamiae veniam dare queat.

CONSENSVS BEVSTII de spons. et matr. P. II. c. 51. vers.
concludimus igitur WERNHERI Obs. for. P. III. obs. 20.
HORNII ad Schilzerum in Append. de comput. grad. §. 56.

CONTROVERSIA XI.

Poena stupri violenti locum habet, etiam si illud inferens sit minorenus. CARPZOV. Prax. Crim. Qu. 75. n. 46-51.

PRÖBATIO 1.) Ord. Orim. art. 119. Conf. El. Sax. 31. P. IV. et Ord. Eccles. Sax. tit. von Ebesachen rubr. von der Strafe der Unzucht §. Da auch jemand etc. omnibus indifferenter stupratoribus violentis poenam gladii dicitant: generalia ergo legis verba generaliter intelligi, et ad minores quoque extendi debent.

2.) Minores à poena adulterii ordinaria immunes non sunt, l. 37. §. 1. D. de minor. et l. 38. §. 4. D. ad L. Iul. de adult. hinc multo minus in stupro violento, in quo major atrocitas est, arg. l. 5. §. 2. D. ad L. Iul. de adulst. et l. 29. §. f. D. ad L. Iul. de vi publ. veniam merentur.

3.) In genere in criminibus aetatis suffragio minores non juvantur: etenim malos mores infirmitas animi haud excusat. l. i. C. si advers. delict. Unde et Ord. Proc. Sax.

Recogn. t. XIX. §. 4. in causis stupri et imprægnationis, minores, si modo 16. ætatis annum attigerint, majoribus æquiparat.

DISSENSVS FARINACII lib. I. Conf. 33. n. 15. et 62. **MENNOCHII** de A. I. Q. lib. II. cas. 329. n. 15. **MATTH. COLE-RIV** vol. I. conf. 9. n. 26. vers. ita in proposito **BERLICHII** P. IV. Conclus. 41. n. 53. **RICHTERI** P. II. decis. 88. n. 86. **BERGERI** Iurispr. Crim. p. 141. seq.

RATIO DVBITANDI 1.) L. 108. de R. I. fere in omnibus poenalibus judiciis, & ætati, & imprudentia succurrere jubet; & l. i. §. 32. D. ad Sct. Silan. ætatem excusationem mereri statuit. Itemque
2.) Ord. Crim. art. 164. & 179. mitigationem poenarum in minoribus admittit.

RATIO DECIDENDI 1.) Dictæ Leges civiles de impubere ætate agunt, in quam violentia stupri non facile cadit. De minoribus autem l. 37. D. de minor. diserte cavit, quod auxilium restitutionis in integrum iis, in extemtionibus pecunarum, paratum non sit. Ac in atrocioribus delictis ne impuberi quidem parci oportere, perl. 14. D. ad Sct. Silan. probat **KRESSIVS** ad Confir. Crim. art. 164. not. 1. idque not. 4. memorabili exemplo illustrat.

2.) Ord. Crim. l. c. de pena furti agit, ubi minor ex ætatis lubrico facile in societatem malorum allegi potuit: quod in stupro violento fecus est, ubi solius ejus malitia spectatur, atque Nemesis Carolina potius contra eum militat verbis: *wo aber befehmerliche Umstände bey dem Verbrechen gefunden würden, also daß die Bosheit das Alter erfüllen möchte, soll nach Ermessen des Richters auch ein junger Dieb, (multo magis ergo stuprator violentus) an Leib oder Leben gestrafft werden.*

CONSENSVS HOMBORGII Conf. Helmstad. conf. 207. n. 16. fol. 598.

CON-

CONTROVERSIA XII.

Vi stuprata fertum, seu coronam virginalem, gestare recte prohibetur. CARPZOV. Prax. Crim. Qv. 75. n. 80. seq. et Iurispr. Eccles. lib. II. def. 237.

PROBATIO. Corona virginalis insigne est pudicitiae corporis, non animi: illa ergo cum vi stupratæ erecta sit, merito se incontaminatis virginibus non comparare audet. c. 14. C. 32. qv. 5.

DISSENSVS PFEILII Centur. 2. Consil. 147. STEPHANI ad art. 119. Ord. Crim. BERLICHII P. IV. Conclus. 41. n. 66. BRVN-NEMANNI ad L. 20. C. ad Iul. de adult. STRVKII Us. mod. ff. eod. §. 17. qui cum STEPHANO, saltem si ex stupro violento imprægnatio haud secuta fuerit, vim passæ fertum asserit: HOPPII ad §. 4. I. de publ. judic. verb: poenam autem &c. BEYERI Delin. Iur. Crim. ad O. C. art. 119. pos. 8.

RATIO DVBITANDI 1.) L. 20. C. ad L. Iul. de adult. vim passam inviolatae existimationis haberi jubet, quia corpus mulieris non vis maculat, sed voluntas, c. 2. seq. C. 32. qv. 5. et laesa licet virginitate naturali, moralis tamen, quæ virtus est, eripi ipsi nequit.

2.) Afflita non est addenda afflictio. BARBOSA Loc. Comm. lib. I. c. 46. axiom. 2. Iam cum Ord. matrim. Sax. tit. von Strafe der Unzucht sponsæ, quæ anticipavit concubitum, licet iude non prægnans facta fuerit, poenæ loco irroget, ut veleta et absque concentu musico ad locum benedictionis sacerdotalis procedat; iniquissimum videtur, vi stupratam, saltem qua habitum externum, ad sortem meretricum redigere. Quo respexit Confistorium supremum Dresensem, hoc responso dato d. 4. Maij. 1635: *Dass in solchen Fällen behutsam zu geben, alles scrupuliren einzustellen, die vorhin betrübten nicht weiter zu betrüben, sondern mit Trost aufzurichten, der Feinde verübe Untertan mit dem Mantel der Christl.*

*Christl. Liebe, um der beleidigten Personen willen, mebr zu zu-
zudecken als auszubreiten, und die Genotbzögten an ihrer Ebre,
Näbmen und Gewissen nicht vorsetzlich zu gefähren seyn &c.
apud CARPOZOWM Iurispr. Eccles. lib. II. def. 237. n. 17.*

RATIO DECIDENDI 1.) Sertum non de virginitate morali, sed naturali testatur: alias viduæ secundo nubentes eodem uti possent, quod animi castitas in matrimonio quoque retinetur. *LandR. lib. II. art. 1. ingloss gerat. n. 2.* Licet ergo vim passa nullam juris aut facti infamiam incurrat, *I. 3. §. 7. I. 39. pr. D. ad L. Iul. de adult. Scandalis tamen evitandi causa, ipsam rationem decori habere fas est, & memorem infortunii corporis, quod perpessa fuit, non affectare præcipuum illud decus, quo ex recepta consuetudine virgines se efferunt. Ubi vero mos viget, ut viduæ etiam in die nuptiarum fert redimitæ incedant, illud nec vi stupratis negari observat ECKARD. ad Schilterum p. 3306.*

2.) Non est afflictio, quam ferti jaætura patitur stuprata, sed beneficium, quo famæ ejus consulitur. Quo enim pompa in festivitate nuptiali? quo cultus corporis eximius? nisi ut memoriam turpis facinoris in eam commissi refri- cent, & simistris vulgi judiciis ansam præbeant. Ast ideo, temperatis his solennibus, non magis in meretricum censem venit, quam uxor, quæ maritum, ob delictum relegatum, sequi tenetur, *P. IV. Conf. El. Sax. 19. ejus criminis societatem contrahit. Senatus Ecclesiastici judicium, de quibusdam vi ab hoste stupratis, non definit, quid juris sit? sed pro re nata arbitrium judicis de ferto virginali dispensare posse statuit.*

CONSENSVS LAVTERACHII Colleg. Iur. lib. 48. t. 5. §. 40.
*CLASENII ad Ord. Crim. p. 421. MEVII ad Jus Lubec. lib. IV.
t. 7. art. 1. n. 19. BERGERI Resol. Lauterb. tit. ad L. Iul. de adult.
Qz. 5. §. Oeon. Jur. lib. III. tit. u. §. 4. not. 3. SCHILTERI Instit.
Jur. Can. lib. II. t. 13. §. 7. ibique Eckardi, MENCKENII
Gymnas. polem. Disp. Jur. Civ. XIIIX. tb. 6.*
TANTVM.


VD 18

ULB Halle
001951815

3



TA ->OL



VIN
CARPZ

SENTENTIAE
B. BENEDIC
ILLVSTRIS QV
A DISSENSV MODERN

AD DIEM
IN ALMA V
PVBLICAE C

P
FRIDER.
CAR

IVR. VTR. DOCTOR E
ET
IOANNES C
RAVSCHA-

WITTENBERG

